



**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Ceratum contra pistile[n]tiam. .3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

## CERATORVM EXAMEN.

numeri reliquorum pharmacorum, ita ut si quatuor dra-  
chmæ aliarū rerū accumulētur, triens sit nardini cerati,  
sextans quidē cerae, sextans autē nardini unguenti, hoc ē  
utriusq; drachmæ sexdecim, quem Paulus secutus est.  
S E. Ceratū igitur quod Mesue ex Galeno adducit, Ga-  
leni nō est. B R A S. nō q̄ sciuerim, aut unq̄ inuenerim,  
immo argumētū est nō esse Galeni, quia illa quæ cōponē  
ingrediuntur, aqua rosacea lauat. Constat uero Galeni  
tempore, rosacea aquā ui ignis eliquatā nō fuisse inuētam,  
et si dicas per rosacea aquā, rosarū decoctū intellexisse,  
hoc dici non potest, si quis Mesue loquēdi usum cōsideret,  
qui semper per rosacea aquā, illam quæ ui ignis eliqua-  
tur, intelligit. S E. Quod nā igitur ceratū seruare de-  
beo? B R A S. Si aliquod seruandū sit, erit hos Galeni.  
S E. Si qñq; frigido cerato indigeremus, quo nā uti de-  
beremus? B R A S. Stomachum rarissime infigidare  
oportet: nam et si in ipso inflammatio adesset, magnis et  
vehementibus infrigidantibus uti nunq̄ deberemus, quia  
ventriculus suapte natura frigidus est.

## SENEX . III.

Ceratum contra pestem sequitur. B R A S. nunq̄ audi-  
ui apud pharmaco polas eiuscmodi cerati genus serua-  
ri. S E. Deinceps hoc non dices, nā à præceptore meo  
seruabatur, et ego semper illud seruavi, et eo in pesti-  
lentibus temporibus magnum lucrum paraui. B R A S.  
refer tuum hoc ceratum. S E. iam refero.

Recipe Spērū diamusci dulcis,

Diamargaritonis.

Diambræ.

Singulorū scrup. i.

ANT. M V S A E B R A S A.

Camphoræ,  
Sandalorum omnium,  
Corticum citri,  
Florum labruscæ, } Singulorum drach. 3.  
Been              albi,  
                    rubri, }  
Myrtillorum }

Musci    gra. iij.

Resinæ pini.

Terebenthinæ

Singul. quātū sufficit.

Misce, & cum modico ceræ fiat ceratum, quod supra coccineum pannum extendatur, & supra cordis regionē ponatur. B R A S. Nō est in usū eiusmodi ceratum, arbitrorq; Ferrariæ in nullo inueniri, præterquā in tuo pharmacopolio. S E. Tum cum pestilentia aliqui uiget, eo non mediocre lucrū facio. B R A S. Seruato igitur ad hos usus, et ad alia ceratorū gña te cōuertito.

SENE<sup>X</sup>.

Ceratum pro crepatis in hoc loco pixydem suam habet, B R A S. Haud pauca uidi pro crepatis cerata, at illud quod genus seruas: S E. Hoc quod sequitur.

Recipe Thuris,

Masticæ,  
Sarcocollaæ,  
Agarici,  
Lapidis hæmatitidis,  
Mumiæ,  
Tragacanthi.

Singulorū drach. iij.

Myrrha